

~~Collegio de San Sebastian de Salamanca~~
~~de Pedro de ...~~
TOMVS

TERTIVS
CONCIONVM
IOSEPHI ACOSTÆ
E SOCIETATE IESV.

*Quo continentur omnes Dominici & festi
dies mobiles ab octava Paschæ vsque
ad Aduentum.*

Res verò quæ in hoc opere continentur, & præci-
puos Scripturæ locos tractatos, duo Indices
ad finem affixi ostendunt.

De la Unión de esta fol. de esta



SALMANTICÆ
Excudebat Andreas Renaut.

M. D. XCIX.



~~de ...~~

L I C E N C I A

DEL PADRE CHRIS-

stoual de Ribera Pro-
uincial.



G O Christophorus de Ribera Prouin-
cialis Societatis Iesu in prouincia Castel
lana, potestate ad id mihi facta à Reue-
rendo admodum P. Claudio Aquauina
Præposito nostro Generali, facultatem
facio, vt Tertius Tomus concionum, cõ-
positus à P. Iosepho de Acosta Rectore
Collegij Salmantini nostre Societatis, & eiusdem Societatis
grauium doctorumque hominum iudicio approbatus, ty-
pis mandetur. In quorum fidem has literas manu nostra sub-
scriptas sigilloque nostri officij munitas dedimus. Lucro-
nij Die. 28. Nouembrijs. 1598.

*Christophorus
de Ribera.*

Aprobacion del libro.

L Egi diligenter hunc Tertium tonum Concionum Do-
ctissimi Iosephi Acosta è Societate Iesu, iussu Regij se-
natus mihi cõmissum, in quo nihil deprehēdi Fidei ad-
uersum, aut eius pietati: quin potius, profundam morum do-
ctrinam, singulare & exactum: Euangelij examen: selectam
& raram veterum Patrum lectionem. Quam obrem dignum
opus mihi vltimū est. vt typis mandetur. Madriti in monaste-
rio Sanctissimæ Trinitatis Die. 28. Ianuarij Anni. 1599.

*Magister F. Dida-
eus de Anla &c.*

DOMINICA II.

POST PASCHA.

CONCIO PRIMA.

Ego sum pastor bonus. Ioan. 10.

VLTIS quidem nominibus præclarisque titulis diuinæ literæ Christum celebrant, atque eius in homines beneuolentiam benignitatemque declarāt. Sed inter ea nomina atque ornamenta vix aliud vel crebrius vel ad rem, quam exprimere volunt, accommodatius, quam pastoris occurrit. Nam dignitatem magnitudinemque Christi vt ostendāt, Dominum Regemque ac Regum eundem Regem & Dominum dominantium appellant. At ne regnare Christum in nobis more Regum mortaliū existimemus, qui commoditates magis suas & fastum in imperio cogitant, atque vt veritas ipsa dixit [Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos benefici] non quidem sunt, sed [vocantur:] Job eam rē pastoris potius, quam Regis nomen amat, quo salutē nostram utilitatesq; omnes magis ab eo quæri planum fiat. Ac Græcorum Regem Agamemnonem illustrissimus poëta Homerus, populorū pastore nominauit, probi Regis officium significare volens, qui non tam suis, quam subditorum vsibus studeret. Sed quod ille præclarum in Rege censuit, id vere de nostro Rege literæ factæ prædicant, Christum nobis Pastorem optimum demonstrantes, quippe [solus bonus, solus pastor, solus pastorū pastor est,] vt Chrysologus scitè dixit. Atq; vt Basilius censet, [Sorores quædā sunt pastura & regni administratio, quapropter Dominus utrāque complexus & pastor est & Rex. Vis, inquit, discere quantæ dignitatis sit pastor? Dominus, inquit, pascit me. Qui illic pastor, alias Rex gloriæ dicitur. Ipse degenere]

1. Christum
 pastoris nomi
 ne præcipue
 gaudere.

1 Timot. 6.
 Apoc. 17. &
 19.

Luc. 22.

Chrys. serm.
 10. Basil. in
 oratione de
 sancto Ma-
 tante Mar.

A

neres